

stränge eingelassen erscheinen. Der ganze Raum zwischen diesem und der konkaven Seite wird von einem collenchymatischen Gewebe eingenommen, das sich vorzüglich dazu eignet, den Radialdruck und Reibungen an der Stütze unschädlich zu machen. Das an der konvexen Seite befindliche starke Bastband dagegen trägt dazu bei, das Aufbiegen der Windungen zu erschweren. —

(Schluss folgt.)

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXV.

(Schluss.)

1091. *Graphina* (s. *Platygrammopsis*) *atro-fusca* Müll. Arg.; thallus obscure caesio-cinereus v. albidus, effusus, tenuissimus, laevis, demum subleprosus; lirellae $\frac{1}{3}$ mm. latae, ex suborbiculari demum 2—4-plo longiores quam latae, simplices et bifurcatae v. astroideo-brevirameae, rectae et curvatae, ex innato emergentes v. subemersae, extus thallino-vestitae, vertice nuda et atrae, late apertae, ad extremitates saepe obtusae; margines tenues et prominentes; discus planus, siccus niger et nudus, madefactus fuscus v. rufescenti-fuscus; peritheciun basi deficiens; epitheciun nigro-fuscum; lamina hyalina, tenax; asci anguste obovoidei, 1—4- (vulgo 2—3-) spori; sporae hyalinae, 25—45 μ longae, 15—24 μ latae, latiuscule ellipsoideae, utrinque vulgo late rotundato-obtusae, circ. 8—10-loculares, loculi transversim (in plano optico) 4—5-locellati. — Juxta *Graphinam aeliopicam* Müll. Arg. L. B. n. 971 locanda est, caeterum nulli arce affinis. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm n. 70 et 46).

1092. *Arthonia microsperma* (Nyl. Enum. gén. p. 133, nomen tantum, et in sched. hb. Féeani); similis *A. patellulatae* Nyl., sed thallus pallide virens, apothecia ambitu minus integre regularia et sporae minores; apothecia evoluta $\frac{4}{10}$ mm. lata, plano-convexula, superficie subgibboso-inaequalia, extus intusque nigra et opaca, tenuissime submarginata; lamina olivaceo-fusca v.

fuscula; asci oblongo-ovoidei, 8-spori; sporae hyalinae, 9—11 μ longae, 3—4 μ latae, cuneato-obovoideae, medio 1-septatae. — In cortice Bonplandiae trifoliatae (ad specim. Féecana).

1093. *Arthonia pyrenuloides* Müll. Arg.; thallus cinereo-albidus, tenuissimus, laevis; apothecia $\frac{12-18}{100}$ mm. lata, sessilia, hemisphaerica, ambitu orbicularia v. hinc inde obsolete tantum irregularia, nigra et nuda, opaca; epithecium crassum, nigro-fuscum; lamina fuscidula; asci oblongato-ovoidei, superne angustiores, 6—8-spori; sporae 16—21 μ longae, 5— $5\frac{1}{2}$, μ latae, obovoideo-dactyloideae, utrinque obtusae, medio leviter aut non constrictae, 4-loculares, loculi subaequales. — Prima fronte speciem parvulam *Arthopyreniae* refert et etiam forma ascorum fereque sporarum cum *Arthopyrenia punctiformi* convenit, sed Lichen est arthoniaceus, prope *A. palmicolam* systematice disponendus. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm, n. 55).

1094. *Arthonia oblongula* Müll. Arg.; thallus albissimus, pertenuis, evanescens; apothecia $\frac{1}{10}-\frac{1}{8}$ mm. lata, ex elliptico 3—5-plo longiora quam lata, arcuata v. subrecta, hinc obsolete bifurcata, nigra, subnuda, madefacta medio longitrorsum fusco-pallescens, leviter emergentia; epithecium olivaceo-virens, utrinque obscurius; lamina cum hypothecio hyalina; asci subglobosi, 8-spori; sporae hyalinae, 14—18 μ longae, $5\frac{1}{2}$ —6 μ latae, dactyloideo-obovoideae, utrinque late obtusae, regulariter 4-loculares. — Habitus ut in *A. epipasta* et *A. excipienda*, sed sporae ut in *A. astroidea* et thallus nitide albus. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm sub n. 66).

1095. *Arthonia angulosa* Müll. Arg.; thallus albus, tenuis, laevis; apothecia $\frac{1}{10}-\frac{1}{8}$ mm. lata, depauperatim astroideo-angulosa, irregularia, carneo-fusca, sicca fusca, nuda, subplana; epithecium fuscidulum, reliqua laminae hyalina; asci subglobosi, 8-spori; sporae hyalinae v. demum rufidulo-hyalinae, 20—24 μ longae, 7—9 μ latae, oblongato-ovoideae, 5-loculares, loculus superior reliquis latior et multo longior. — Extus *A. Antillarum* simulat, sed gracilior et multo obscurior, aut *A. confertam* Nyl., sed sporarum loculus superior reliquis major. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm sub n. 62).

1096. *Arthonia variabilis* Müll. Arg.; thallus albidus, tenuis, laevis, continuus; apothecia circ. $\frac{1}{9}$ mm. lata, ambitu insigniter

variabilia, e suborbiculari oblonga, angulosa, depauperato-astroidea v. longiora et linearia, hinc inde bifurcata, aut opuntioideo-inaequalia, sicca nigrescenti-fusca et partim obsolete thallinovelata, madefacta pallidius fusca; epithecium fuscidulum; lamina et hypothecium hyalina; asci oblongato-ovoidei, 8-spori; sporae hyalinæ, fusiformi-oblongatae, 6—8-loculares, loculi ultimi reliquias longiores sed iis angustiores. — Habitu et characteribus ad *A. confertam* Nyl. Enum. gén. p. 132 (a qua non differt *A. substellata* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 106) accedit, sed apothecia fere simplicia, longe minus astroideo-ramosa, asci oblongati et sporae longiores, ambitu angustiores. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm sub n. 62).

1097. *Arthothelium albidum* Müll. Arg.; thallus albus v. caesio-albus, tenuissimus, laevis, demum subfarinulentus; apothecia leviter emergentia, sicca et madefacta nigra, opaca, $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{4}$, mm. lata, anguloso-oblongata, saepe 2—4-plo longiora quam lata, curvata et irregularia v. breviter bifurcata; epithecium olivaceo-v. coerulescenti-nigrescens; lamina virenti-hyalina; hypothecium fuscidulum; asci globoso-ovoidei, 8-spori; sporae hyalinæ, c. 28 μ longae et 12 μ latae, oblongo-ovoideae, 6-loculares, loculi intermedii 2- (raro 3-) locellati. — Inter *Arthothelium Beccarianum* Bagl. et *Arthothelium ambiguellum*, sc. *Arthoniam ambiguellam* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 103 in vicinitate *Arthothelii advenientis*, s. *Arthoniae advenientis* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 63 inserendum est. A proximo priore differt apotheciis distincte gracilioribus, epithecio coerulescente, sporis longioribus at minus divisis. — Corticola ad Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm sub n. 68).

1098. *Arthothelium obvelatum* Müll. Arg.; thallus albidus, tenuissimus, laevis, demum farinulentus; apothecia paullo emergentia, $\frac{1}{8}$ — $\frac{1}{4}$ mm. lata (et minora), subinde confluentia, anguloso-orbicularia v. subregularia, convexula, nigra, ob vestimentum tenue thallinum griseo-nigricantia v. centro demum nudata; epithecium olivaceo-nigricans; lamina virens; hypothecium hyalinum; asci subglobosi, 8-spori; sporae hyalinæ, 28—35 μ longae, 13—15 μ latae, ovoideae, crebre 12-loculares, loculi intermedii in junioribus dense approximati, i. e. ultimis multo breviores, evoluti demum 2—3-locellati. — Extus macram simulat *Polyblastiam lacteam* Mass., et juxta *Arthothelium emersum* Müll. Arg.

inserenda est. — Corticola ad Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm n. 65).

1099. *Arthothelium atro-rufum* Müll. Arg.; thallus caesio-albus, tenuis, rimulosus; apothecia circ. $\frac{1}{8}$ mm. aequantia, sicca subatra, plana, innata, madefacta distincte rufa v. fusco-rufa et emergentia, elliptica v. oblongo-elliptica v. etiam suborbicularia, hinc inde confluentim subramulosa aut subastroidea, saepe acute angulosa; epithecium virenti-fuscum; lamina et hypothecium hyalina; asci subglobosi, 8-spori; sporae hyalinae, oblongo-obovoideae, 20—23 μ longae, 7—8 μ latae, 6-loculares, loculi 2-locellati. — Proximum est *A. abnormi* (Ach.) Müll. Arg., a quo recedit magnitudine duplo majore et dein colore apotheciorum et laminae. Inter *A. abnorme* et *A. nucis* Müll. Arg. locandum est. — Corticolum prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm).

1100. *Sarcographae* sect. *Eusarcographae* praeter *Glyphidem labyrinthicum*, *S. Cinchonarum*, *S. tricosam*, etiam addendae sunt: *Sarcographa actinoloba* sc. *Glyphis actinoloba* Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 108, e Nova Granata; *Sarcographa gyrisans*, s. *Glyphis gyrisans* Leight. Lich. Ceyl. p. 181, e Ceylonia; *Sarcographa finitima*, s. *Glyphis finitima* Krplh. Lich. Becc. p. 43, ex insula borneensi Sarawak; *Sarcographa javanica*, s. *Glyphis javanica* Müll. Arg. L. B. n. 444, e Java; *Sarcographa lactea*, s. *Glyphis lactea* Müll. Arg. L. B. n. 815, e Java; *Sarcographa caesia*, s. *Glyphis caesia* ejusdem L. B. n. 57 e Caracas; *Sarcographa Kirtoniana* s. *Glyphis Kirtoniana* ejusd. L. B. n. 538, e Nova Hollandia; *Sarcographa intricans* s. *Graphis intricans* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 87, e Nova Granata; *Sarcographa olivacea*, s. *Medusula olivacea* Montg. Cent. Crypt. I. n. 29, e Guyana gallica; *Sarcographa punctum*, s. *Medusula punctum* Montg. Cent. Crypt. III. n. 100 (p. 85), quam cel. Montg. infauste cum Fééana *Sarcographa Medusula* identicam habuit; *Sarcographa medusulina*, s. *Glyphis medusulina* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 108 (non ejusd. Synops. Lich. Nov. Caled.), e Nova Granata.

1101. *Sarcographa* sect. *Flegographa*; genus *Flegographa* Mass. Esam. compar. p. 33. — Peritheciun dimidiatum (v. subtus rudimentarium), discus ruber. — Reliqua cum sect. *Hemithecio* conveuiunt. — Hujus loci est *Sarcographa Leprieurii*, sc. *Graphis Leprieurii* Nyl. Enum. gén. p. 130, s. *Opegrapha Leprieurii* Montg. Cent. I. n. 28 et Syll. p. 348, e Gyana gallica, et e regione Rio Negro.

1102. *Sarcographae* sect. *Phaeoglyphis*; s. *Glyphidis* sect. *Phaeoglyphis* Müll. Arg. L. B. n. 974 ad *Glyphidem* relata, acceptata *Gl. labyrinthica* (sporis fuscis) pro typo generis, sed e novo studio vere omnino Acharii *Gl. cicatricosa* et *Gl. favulosa* pro formis normalibus *Glyphidis* habendae sunt, *Gl. labyrinthica* et *Gl. tricosa* autem (ubi stroma non verruciforme) sunt species generis Fééani *Sarcographae* (sporis fuscis praeditae), et eadem ratione sect. *Phaeoglyphis* erit sect. *Sarcographae* et *Gl. subtricosa* Leight. et *Gl. mendax* Müll. Arg. L. B. n. 975 nominandae sunt *Sarcographa subtricosa* et *Sarcographa mendax*.

1103. *Mycoporellum Lahmii* Müll. Arg.; thallus caesio-albus, tenuissimus, effusus, tenuiter rimulosus; apothecia collectiva circ. $\frac{1}{3}$ mm. lata, ambitu suborbicularia, nano-hemisphaerica, adpresso-sessilia, nigra et subnuda, 3—6-gibbosa (i. e. apotheciis 3—6-apice subliberis composita), intus pallide fusca; epithecium universale superum et laterale crassiusculum, nigrofuscum; lamina et hypothecium fuscidulo-hyalina; asci clavato-obovoidei, superne angustati et ibidem valde pachydermei, 8-spori; sporae hyalinae (vetustate olivaceae), 25—28 μ longae, 8—10 μ latae, dactyloideo-obovoideae, subrectae, 2-loculares, loculus superior inferiore leviter latior et subbrevior. — Affine *Mycoporella sparsello* (Nyl.) Müll. Arg., ubi sporae minores et ambitu latiores. — Corticolum prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm sub. n. 61).

1104. *Pleurotrema trichosporum* Müll. Arg.; thallus niveus, tenuissimus, laevis, evanescens; apothecia prostrato-repentia, de supra visa larvaeformia, $1\frac{1}{4}$ — $1\frac{1}{2}$ mm. longa, 2—2 $\frac{1}{2}$ -plo longiora quam lata, atra, sed nonnihil thallino-vestita, intus albida, prope alteram extremitatem apicalem aperientia; nucleus albus, erga substratum et thallum horizontaliter situs; paraphyses tenuissime capillares, copiosae, 1 μ latae; asci cum thallo parallellae, horizontales, circ. $\frac{1}{3}$ mm. et ultra longi, longissime lineares, undique tantum 12—15 μ lati; sporae juniores persimiles paraphysibus, 1— $1\frac{1}{3}$ μ latae, evolutae autem 2 μ latae, copiosissime transversim divisae, loculi circ. duplo longiores quam lati. — Apothecia satis illa similant cubensis *Pleurotrema inspersi*, sed sporarum ambitus et structura longe differunt. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm, n. 58).

1105. *Porina* (s. *Sagedia*) *albella* Müll. Arg.; thallus albus, tenuissimus, laevigatus, continuus; apothecia basi tecta $\frac{1}{4}$ mm.

ata, depresso-hemisphaerica, nigra, demum nitida; peritheciū limidiatum, peripherice non dilatatum; paraphyses rigidule capillares et partim flexuosa; asci lineares, biseriatim 8-spori; sporae 20 μ longae, 4—5 μ latae, fusiformes, leviter curvatae, 2—4-loculares. — Extus vulgarem *Arthopyreniam Cinchonae* simulat, sed intus est diversissima. Nulli arcte affinis, prope *Porinam pusillam* (Montg.) Müll. Arg. L. B. n. 873 inserenda est. — Corticola ad ramulos prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm n. 57).

1106. *Arthopyrenia* (s. *Mesopyrenia*) *simulans* Müll. Arg.; thallus subalbus, tenuissimus, effusus, demum evanescens; apothecia basi tecta $\frac{3}{10}$ mm. lata, subdepresso-hemisphaerica, nigra, opaca; peritheciū subtus deficiens, peripherice haud dilatatum; paraphyses hyphemoideo-tenellae, ramosissimae; asci elongato-ovoidei, superne angustiores, obtusi, 8-spori; sporae dactyloideo-obovoideae, utrinque late obtusae, medio paullo constrictae, 18—22 μ longae, 6—7 μ latae, 4-loculares. — Habitu *A. Cinchonae* simulat, sed apothecia minora, paraphyses et sporae dein omnino aliae. — Ex charactere paraphysium ad sectionem *Mesopyreniam* spectat; gonidia haud visa; melanohyphae adsunt hinc inde ex apotheciorum peripheria longe prorepentes. — Corticola ad Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm n. 54).

1107. *Pyrenula Wilmsiana* Müll. Arg.; thallus olivaceo-fuscidulus, laevis; apothecia $\frac{2}{3}$ mm. lata, modice emergentia, leviter thallino-velata, apice demum disculiformi-truncata, disculo non-nihil rufescente et centro subinde leviter umbonato; peritheciū integrum, depresso-globosum, infra tenuius; paraphyses capillares; asci lineares, 1-seriatim 8-spori; sporae oblongato-ellipsoideae, utrinque obtuse subangustatae, 25—28 μ longae, 12—14 μ latae, 6-loculares. — Inter *P. sexloculare* et *P. Caracasana* Müll. Arg. L. B. n. 902 locanda est. Extus *P. nilidam* simulat, sed apothecis disculiformi-platystomis et sporis 6-locularibus insigniter distincta est. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm n. 50).

1108. *Polyblastia transvaalensis* Müll. Arg.; thallus griseo-albidus, tenuissimus, linea nigra latiuscula cinctus; apothecia $\frac{1}{3}$ mm. lata, subhemisphaerica, nigra, superne nuda, caeterum thallino-vestita; peritheciū dimidiatum, crassiusculum; asci oblongati, 8-spori; sporae 20—27 μ longae, 11—13 μ latae, 8-loculares, loculi 2—4-locellati. — Habitus ut in socotrana *P.*

tropica, sed apothecia minus depressa, apice non umbilicata et sporae in ascis 8-nae. — Apothecia multo minora quam in *P. alba* et peritheciū basi deficiens. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms (comm. Dr. Lahm, n. 52).

1109. *Polyblastia pertusarioidea* Müll. Arg.; *Pyrenula pertusarioidea* Krplh. N. Beitr. Fl. Austr. n. 121; species optime distincta, a cl. Krplh. dubitanter *Pyrenulae* adscripta, juxta *Polyblastiam thelocarpoidem* Müll. Arg., sc. *Verrucarium thelocarpoidem* Krplh. Lich. Argent. n. 109 (ubi apothecia multo nudiora, thallino-velata, nec strato crasso thallino tecta, et sporae duplo breviores et ambitu multo latiores) et praesertim prope *Polyblastiam ascidioidem*, sc. *Verrucarium ascidioidem* Nyl. Expos. Lich. Nov. Caled. p. 53 et Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 90 locanda est. — Gonidia chroolepoidea, viridia. Sporas vidi giganteas, longitudine circ. 400 μ aequantes, 40—45 μ latas. Paraphyses copiosae, longissimae et tenuissimae, simplices et sat facile segregandae. — Richmond River, Australia: Miss Hodgkinson (hb. Krplh).

Anzeige.

Ich gedenke zum Frühjahr Nordwest-Canada und die columbischen Rocky mountains botanisch und zoologisch durchforschen zu lassen und bitte mein Unternehmen durch Subscriptionen und Aufträge unterstützen zu wollen. Sammler in jeder Richtung leistungsfähig.

Rittergut und Baumschulen Zöschen b. Merseburg.
Dr. G. Dieck.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. H. Neubauer'schen Buchdruckerei
(F. Huber) in Regensburg.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1887

Band/Volume: [70](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenologische Beiträge 74-80](#)